



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tractatvs De Censvris Romano Pontifici Reservatis

Ugolinus, Bartholomaeus

Venetijis, 1609

Vers. Imprimentes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61365](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61365)

tia fulti huiusmodi libros apud se habent, ut vidi Bononiæ apud S. Dominicum, & habetur in Bulla Iulii 111. lata de anno 1550. die 5. Junij incip. Cum meditatio cordis nostri. fol. 500. & Paul. iv. incipien. Quia in futurorum. lata 1558. 21. Decembris. fol. 628. & Pii iv. incipie. Cum pro munere, fol. 82.

Quarto in excommunicatione hanc non incidunt, qui librum hæretici retinent, hæresim tamen non continentem, sicuti è contrario nec incidunt, qui librum catholici retinent hæresim continentem, ut diximus supra de legente, duo enim simul requiruntur, quo retinens hic in excommunicationem incidat, & ut hæretici libet sit; & ut hæresim contineat, sicut dicitur in Bulla, ac propterea uno deficiente excommunicationem hæc enadet argumentum. 1. si hæredi plures. ff. de condit. institut. At quid de aromatariis, & laniis, qui habent huiusmodi libros, quo carnes, aromata ve obuoluant, dum ea vendunt, an ob id eos retinere poterunt? Ego sentio hos in excommunicationem incidere, nam hi sine dubio libros hos retinent, & id negari non potest, hoc enim pro certo ponimus, at Bulla retinentes excommunicat, ergo & nos. Nec interest, quod eos non retinent, quo ipsos legant, aliisve legendos tribuant, cum quod Bulla non considerat, quo animo retineantur, ergo nec nos considera-

re debemus. argumen. 1. de pretio ff. de publi. in rem act. tum quod ansam eos legendi tribuant, ex quo partim huic, partim illi cum carne, aromatisve alienant. Quare nec hos excommunicationis huius immunes esse censeo. Postremo in excommunicationem hanc non incident, qui aufe riunt hos libros ab iis, qui eos retinent, quo ipsos quam primum Inquisitori deferant, nam hi contra mentem Bullæ eos non retinent, modo interim eos non legant, ut in superiori casu diximus: sed iam de imprimientibus agamus.

Vers. Imprimentes.

S V M M A.

- 1 *Imprimere libros quid sit.*
- 2 *Imprimientum nomine quinam comprehendantur.*

Hic excommunicantur Impri-
mentes libros hæreticorum
hæresim continentes. Quæ excom-
municatio ut quatenus pateat, di-
gnoscamus, præmittenda nonnul-
la sunt. Primum imprimere, t̄ qua-
tenus ad rem nostram pertinet,
nil aliud esse, quam typis manda-
re, & quod vulgo dicitur stampa-
re. Secundo per Bullam Leonis
X. incipien. Inter solicitudines no-
stris humeris, latam Romæ an-

no



no 1515. quarto nonas Maii Pontificatus sui anno tertio; in Conclio Lateranensi, prohibitum fuisse, ne nullus liber, scripturave imprimatur Romæ, nisi per Vicariū Romani Pontif. & Sacri Palatii Magistrum examinata, & subscripta sit manu propria ipsorum, in aliis vero locis per Episcopum, & Inquisitorem hereticæ prauitatis, propositis contra facientes penitentie, hodie vero ex decreto Trid. Syn. sess. 4. in decreto de editione, &c. vsu sacerorum librorum, non licere librum ullum de rebus sacris imprimere sine licentia ordinariorum, id est Episcoporum, immo, si est religiosus, qui opus imprimere vult, licentiam a suis superioribus habere debet, ut ibi dicitur. Tertio ad imprimendum multorum operas postulari, primo eorum, qui verba litteris illis stamineis componunt, qui propriè dicuntur compositores. Item, qui prælo verba composita mandat, qui propriè impressores dicuntur. Quarto, qui subministrant literas illas æneas, atramēta, & cartas, & huiusmodi alia ad impressionem necessaria. Quinto hæc fieri aliquando per se, & aliquando per alios, adducendo operarios ad hæc munera obeunda, quod sepius fit. Sexto, quoad rem nostram Imprimétium nominetria hominum genera comprehendit, primum, qui verba componant, & qui eas prælo mandant, & qui ad hæc duo agenda operam præ-

stant, nam impressio hæc una est actio, quæ ex pluribus partibus constat, ex compositione, & prælimandatione, altera enim sine altera efficere impressionem non potest, at propterea sicut ædes construere dicitur tam is, qui pavimenta, & parietes construit, quam is qui tectum, ita & hic tam compositores, quam prælo mandantes comprehenduntur. Item comprehenditur hoc nomine, & is qui prædicta facienda curat, nam, qui est causa causæ, est causa causati. argument. l. manumissionis. ff. de manumis. & probatur hoc apud Triden. Synod. sess. ead. versicul. Sed & impressoribus, dum inquit sed & impressoribus modū in hac parte, ut par est, imponere volens sic inquit. Nullique liceat imprimere, vel imprimi facere quosvis libros de rebus sacris, & cætera. Ex quibus verbis appetit impressorum nomine tam imprimentes per se, quam imprimi facientes comprehendendi, supra enim dixerat se velle imponere modum impressoribus, quod deinceps faciens tam de imprimentibus quam de imprimi facientibus loquitur, & sic impressorum nomine utroque comprehendit, ergo idem & hic, quod & rationi consentaneū est, non ne absurdum enim esset, typographiæ magistrū, ac domum, ad quem totum negotium pertinet, & qui opera imprimenta sumit, & ob id ad eum in primis pertinet, an libri imprimendi

F 4 pro-

probati sint nec ne , inspicere ,
immunē a pœna esse, cum eam pa-
tiantur compositores, & impres-
sores, qui sèpius non animaduer-
tent, quid componant , impi-
mantve , sed quod ipsis manda-
tur, agunt . Planè ridiculum hoc
estet. Postremo impressorum no-
mine, & eos, qui libros imprimen-
dos tribuunt, comprehendи cen-
seo, nam, si prædicti comprehen-
duntur, quanto magis, qui opera
imprimenda tribuunt, tum pro-
pter quod vnumquodque est ta-
le, & illud magis tale ? Non pro-
certo tamen id pono, cum alia pę-
na ipsis fortasse puniantur. His sic
præmissis, iam regulam de more
ponamus.

§ V M M A.

- 1 *Imprimentes libros hereticorum here-
sim continent in excommunicatio-
nem incident , quæ regula quoique
pateat, declaratur.*
- 2 *Vendens arma, cartas lisorias, fucos,
& id generis, quib. bene, maleque uti
possimus, an peccat.*
- 3 *Imprimentes libros hereticorum here-
sim continent quando in excommu-
nicationem incident.*

I.

S Præmissis explicatis, iam qui
in excommunicationē hanc
incident, explicemus. In ex-
communicationē hanc igitur in-
cidunt imprimentes libros here-

ticorum hæresim continent, vt
habetur in versicul. proposito.
Quæ excommunicatio afficit pri-
mo magistrum , & Dominum ipsius
typographiz , qui opera im-
primenda sumit, & operarios cō-
ducit, nam & hic imprimere dici-
tur, vt supra præmisimus.

Item afficit excommunicatio
hæc compositores , qui verba
ex litteris illis æneis conformant,
& conglutinant , nam quod
& antea diximus , concutunt
& ipsi ad impressionem facien-
dam.

Tertio afficit excommunica-
tio hæc eos, qui litteras, seu ver-
ba iam conformata prælo man-
dant, nam hi propriè impresso-
res sunt; Ac demum vniuersi, qui
immediate operas suas p̄stare.
Hi omnes ergo in excommunica-
tionem hanc incident, quicun-
que sunt, vel clerici, vel laici, vel
in dignitate positi, atque sic in tri-
bus his casibus sensit Iacob. de
Graff. libr. 4. decis. in expositiōne
Bullæ cœnz Domini.

Postremo & qui opera ipsa im-
primenda tribuunt, vel sint au-
tores ipsorum, vel non.

At quid de iis , qui impresso-
ribus cartas præbent, item atra-
mentum , necnon litteras illas
æneas, ac demum reliqua ad im-
pressionem pertinentia, an in ex-
communicationē hanc inci-
dent ? Ego sentio in excommu-
nicationē hos non incidere .
Primo quia imprimentes , & im-
presso-

pressores non sunt, vt per se patet, & sic verba Bullæ eis non convenient, ergo nec pœna. argumē. l. q. §. toties. s. de damn. infec. Postremo, quoniam hæc vendere impressoribus licet, esto igitur ipsis male utantur, tamen in culpa non sunt, sicut nec is, qui armam vendit, nec qui cartas lusoriaris, nec qui fucos, quorum prima ad tuendum se inuenta sunt, alteræ ad animos recreandos, postremi ad se exornandum, alioquin nihil esset ferè, quod damnari non posset, cum & bonis malequis vti possit, vt id pluribus egit Nauarr. in capitul. negotium de pœnitent. distinct. 5. & in Man. capitol. 14. numero 42. & pertinent ad hoc, quæ dixit Alfons de Casi. aduersus hæreses opinæ contra Vuicléfin verb. Studia generalia, non igitur in excommunicatione hanc incident. Peccarent tamen mortiferè, si scirent hæc emi ad opus hæretici imprimendum, & tamen ea illis præstarent. Immò in excommunicationem, in qua fautores hereticorum incident, & ipsi inciderent, nam & hoc facere est, vt per se patet, & hic est primus casus, in quo posnam hæc quis euadit.

3 Secundo fin excommunicatio nem hanc non incident, ubi prædicti scilicet Magister typographia, compositores, & prælomandantes librum hæretici esse & hæresim continere probabili ter ignorarent, quæ ignorantia

probabilis erit, si ab Inquisitore, superioreve Ecclesiastico liber subscriptus erit, & probatus. Immo operarii prædicti excusatuntur, si a Magistro typographia liber ipsis traditus fuerit, quandoquidem an probatus sit nec ne, ad ipsos perquirere non pertinet, sed ad dictum Magistrum: quamvis lecus esset, si & ipsi scirent hæretici librum esse, & hæresim continere. At quid de correctore? Hunc in excommunicationem hanc non incidere censeo, quandoquidem impressor propriæ non est, sed eius, quod impressum est, inspecto. Quamvis, si animaduertisset librum hæresim continere, & hæretici librum esse, & taceret, tanquam hæreticorum fautorem in excommunicationem, de qua supra egimus, & iplum incidere existimat, atque in hanc sententiam accipiendam esse opinionem Iaco. de Graff. censeo in lib. 4. decis. ibi dem numero 37. qui corrigentes. impressorum nomine comprehendivolut.

Postremo in excommunicationem hanc quis non incidit, ubi de Romani Pontif. licentia id fieret, quam licentiam tribuere uenitum est non est.

Vers.